



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

51. Tempestate[m] prædicit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

ab Lusitanis arata erigitur, ornatu quam potuit maximo; pompa instruitur militaris ex indigenarum, & hospitum hilari concursu, ad coherestandam festam gratulatione tam beatam lucem. Hæc inter gaudia, utriusque aulae ac populi, ambo reges, salatis aqua Christo consecrantur, cum principibus, regij sanguinis, aliisque de populo permultis, quibus Christi doctrina diligentius imbuendis, adiungendisque ad illos cæteris, cum præter sacerdotes nihil decesset, suscepit Paiua se illos Malaca curaturum, quam paulo post attigit, Apostolicâ laude quam mercatura insignior. His usque Comorinum vulgatis, gestire Xauerius, nec suū sat capax gaudij, vberum flero, manus tollere in cœlum, ac ni messem illuc animalium copiosissimam ad manum haberet, quam prohibebatur intermittere stationem, velle in Celaibem illic euolare, ad amplificandos illius Ecclesiæ fines, proferendisque adiacentes in insulas, in quibus natus postmodum diuino, eas fecit regum conueriones, & regnorum quas sumus libro proximo scripturi.

49. Nunc ubi Piscariæ, & Trauancoris incolæ Christum erant professi; aduentabantque ex Europâ operæ socij, quos confirmandis iis suo loco posset relinquere; & Zeilanæ spes elisæ conciderant, occurrit an foret ex Dei obsequio in regna Macazaris transire, de quo non ausus prius decernere quam maturâ cum Deo consultatione, responsum sciscitatus; eius obtinendi Thomam Apostolum intercessorem optimum adhibendum putauit Ecclesiæ Indicæ Fundatorem ac Patrem; ad hoc Meliaporem iter aggreditur leucarum quinquaginta; Nagapatani nautum Michaëlis Fereiræ conscedit marito exeunte anno 1545. Leucas duodecim Chotomandilis oram prosperè raserant, cum venti contrarii turbulentissimo in proram exortu, coguntur montis excelsi dorso se teregere, ac toto septiduo æquorem auram opperiri; quod tempus Xaurium iejunum prorsus exegisse.

50. Ab iis qui simul uehementer obseruatum; & Iacobus Madeira, iuridicè rogatus asseruit. Precationis videlicet cœlesti pabulo, longam inediā saginante, indè rogatu eiusdem Madeiræ, aquæ paululum sumpsit, cui prius cepam voluerat incoqui, repetitum mare deinceps placidum, ventum puppi afflatem, cœlum clemens, nauigatio habuit, millibus propè centum.

51. At alii oculis quam quibus blandiebatur præsens serenitas, vidit sanctus ex fallaci tranquillo sœnam instare tempestatem; Madeiram interrogat, essetne illa nauis, in omnem incursum satis firma? cui prædicit. vetustam; & quassam clarè indicanti; ergo iter in portum, infert Xauerius, quamprimum relegamus. Tam secundo, subdit Madeira, & mari, & vento, te quicquam metaere? ubi linter securus, ibi P. Francisce! periclitetur nauis? nec ullis Xauerij precibus donare sustinuit, illam quam cum vectotibus, & nautis iacturam putabat, tam blandæ, tutæque nauigationis, sed obstinatam incredulitatem subsecuta est velox poena lucentorum furentium subita rabies totum mare conuoluit, eaque

49
Xauerius
Meliap. na-
uigat, & cur?

50
Hebdoma-
dam iejunus
exigit.

51
Tempestate

72 De Vita & gestis S. Franc. Xauerij,
que nam procella exagitat, ut præsentissimo naufragio ægrè erupta
fit, Nagapatanum vellent, nollent, reducta. Indè breuem post moram,
terra, & pedes, Meliaporem peruenit.

52. Est urbs Meliapor, vulgo S. Thomæ, illius habitatione, discipulis, &
Monumenta martyrio nobili, quanquam, (si fides indigenis) Meliapore antiquam, se-
vetera S. Th. culoriū decursu, mare latius fusū absorbut. Monstratur à pescatoribus ho-
diéque urbis eius situs, & aquis demersa veterum ædificiorum resida tu-
dera, distinguunturque suis nominibus, fori, turrium, regiæ, & aliorum. Quæ
vero nunc extat Meliapor exigua primum ab incolis posita, amplificata
verò ab Lusitanis, ædem habet lacram, non plus tredecim palmis lon-
gam, & tordem latam, pro axis è ligno constantem durissimo, Sancti
Thomæ (ut ferunt) opus: à laeva minor alia visitur, ubi totis Indiis fama
est corpus Apostoli iacere, vicinus urbi mollis clivus Parui montis ap-
pellatione, Specu patet angusta, in quam aiunt eum latere solitum, cum
aduersus Christum, hostes impotentiū furerent. Speluncæ os arctissimi
aditus, crux ornat lapides cineritij coloris; crucis radicem fons pro-
flauis S. Thomæ miraculo illinc olim eductus, cuius potu creduntur
curationes à morbis edi continua, hoc è colle in montem ascenditur
solitaria contemplationi mirè aptum, ob antiquam sylvam arboribus
densam, viriditatis perpetuæ, quæ imminens mari latus alterum vestiunt;
alterum etiam, quamvis nudum, amoenitate gaudens præcipua, subiecto
flunio rigatur. Hic fuit magno Apostolo, ciusque discipulis ad medita-
tionem æternorum secessus, hinc fertur animam in cœlum efflare,
cum in arctâ quam dixi speluncâ confixus lanceâ fuisset. Montis ver-
cem decorauerat facillum, cuius diruti nonnulla vestigia Lusitani com-
pererunt, & extantes adhuc truncos parictum aliquos. Ædiculae huius
in tanti Apostoli honorem instaurandæ fundamenta dum purgant, in
quadram incident saxeam crucis media insculptam, crucibus similem
equestris Ordinis Avisi, nisi quod quatuor illius capita voluminibus
carebant introrsum reductis, sed earum loco, duos hinc inde ferebant
emicyclos, quos tertij complexus veluti coronabat eandemque aliæ
item crucis figuram exhibent, quæ manu S. Thomæ putantur expressæ.
Insidebat cruci passis alis columba, circumquaque ignoti characteres,
præterquam insigni antiquario Brachmani, qui lectionis iis retulit signi-
ficari Thomam Iesu Christi Apostolum illuc ab eo missum, ad prædicandam
legem suam sanctissimam, congregasse illic discipulos, & martyrium obiisse,
existimatürque eodem in lapide animam exhalassæ, quod sparsi san-
guinis ductibus cruentus appareat. Restituto facello Lusitani, lapidem
in ara statuere, ubi dum sacra res agitur Decembribus octauo, & decimo
cum ad Euangeliū ventum est, cernitur (haud tamen quotannis)
stupendo miraculo, expirans fumus ex lapide, & obscuram in nubem
diffusus lapidem totum contegere, quâ discussâ grandes ex eo guttæ
stillant, illo forsitan ex prodigioso vapore in aquam concretae. Xauerio
igitur in hanc urbem intranti Deus hospitium metatus est eius desideris
oporu